

Proverbia

incipis et iudicium a domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virtutem impiorum: et abominantur impij eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius: extra perditionem erit.

XXX

Uerba congregandi filij vomendi. Visio quam locutus est vir cum qui est deus: et qui deo secum morante confortatur ait: Stultissimum sum virorum: et sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam: et non sciavi secretorum. Quis ascendit in celum atque descendit: Quis contemnit spiritum in manibus suis: Quis colligavit aquas quasi in vestimento: Quis scrutavit omnes terminos terre: Quod nomen est eius: et quod nomen filij eius si nosti: Vis sermo dei ignitus: clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius: et arguaris: inveniari scilicet mendax. Duo rogavi te: ne veneges mihi antequam moriar. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me. Mendacitatem et divitias ne dederis mihi. Tribue tamen victui meo necessaria: ne forte satiatus illicitarum ad negandum: et dicam: quis est dominus: aut egestate compulsus furer et perjurum nomen dei mei. Ne accuses servum ad dominum suum: ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio que patri suo maledicit: et que matri sue non benedicit. Generatio que sibi multa videtur: et tamen non est lota a sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi: et palpebre eius in alta surrectae. Generatio que pro verberibus gladio habet et commendat molaribus suis: ut comedat inopes de terra: et pauperes ex hominibus. Sanguisugae duae sunt filiae: dicentes affer affer. Tria sunt insaturabilia: et quartum quod nunquam dicit sufficit. Infernus et os vulgus: et terra que non satiat aqua: ignis vero nunquam dicit sufficit. De calum qui sublat nat patrem et qui respicit partum matris sue: suffodiant eum corni de torrentibus: et comedant eum filie aquile. Tria sunt difficulta mihi: et quartum penitus ignoro. Viam aquile in celo: viam colubae super petram: viam gazis in medio mari: et via

virum in adolescentia. Talis est et via mulieris adultere que comedit et tergens os suum dicit: Non sum operata malum. Per tria movetur terra: et quartum quod non potest sustinere. Per seruum cum regnaverit: per stultum cum saturatus fuerit cibo: et per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta: et per ancillam cum fuerit heres domine sue. Quattuor sunt mima terre: et ipsa sunt sapientiora sapientibus: Formice populus infirmus: qui preparat in messe cibum suum. Lepusculus plebs invalida: qui collocat in petra cubile suum. Reges locusta non habet: et egreditur universa per turmas suas. Stellio manibus nititur: et moratur in gradibus regis. Tria sunt que bene gradiuntur: et quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum: ad nullius pavebit occursum. Gallus succinctus lumbos suos: et aries: nec est rex qui resistat ei: et qui stultus apparuerit: postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset: os suum imposuisset manum. Qui autem fortiter premit verba ad eliciendum lac: exprimit butyrum: et qui vehementer emungit: elicit sanguinem: et qui provocat iras: producit discordias.

Uerba lamuelis re. XXXI. Visio que eruditur eam mater sua. Quid dilecte mihi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votorum meorum? Ne dederis mulieribus substantiam tuam: et divitias tuas ad defendendos reges. Noli regibus o lamuel: noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Ne forte bibant et obliviscantur iudiciorum: et mutent causas filiorum pauperum. Date liceram in gentibus: et vinum his que amarosunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris sui: non recordentur amplius. Aperi os tuum: et causas omnium filiorum que pertransiant. Aperi os tuum: decerne quod iustum est: et vindica inopem et pauperem. Aleph. Mulierem forte quis inveniet: pene et de ultimis finibus parum eius. Beth. Confidit in ea cor viri sui: et spoliis non indigebit. Gimmel. Reddet ei bonum et non malum.